

Graec. A.

12

Graec.

12



Recht. gr. D. 31

Vet. 208.

173.

JOHANNÉA

Ex

THEOCRITI
IDYLLIIS

collecta,

ac

SCHOLIASTE GRÆCO NONDUM
IN VULGUS EDITO

illustrata:

nunc

VENERABILIBUS OLIM SUIS

PRAECEPTORIBUS

PIRATISLAVIAE GYMNASIA ORNANTIBUS

sub

ANNI MDCCXXXV.

auspicio.

Strenae loco mittit

M. HENRICUS SCHOLTZ SIL.

Breitenaviani Plöen,

R.

HAMBURGI,

Sumptibus Sam. Heyl, Bibliopolae St. Joannis, 1735.



835.439
VIRIS
EXCELLENTISSIMIS PARITER AC
CLARISSIMIS DOMINIS,

DOMINO
M. CHRISTIANO STIEFFIO,
SPECTATISSIMO SCHOLARUM URATISL. INSPECTORI, RE-
CTORI AC PROFESSORI PUBLICO GYMNASII ELISA-
BETHANI MERITISSIMO:

nec non
DOMINO
M. GOTTLIEB GVILLIELMO
KELLERO,

CELEBERRIMO RECTORI & PROFESSORI, DE GYMNASIO, QUOD
AD AEDEM DIVAE MARIAE MAGDALENAE COLITUR, MAXI-
ME MERITO, ET ADHUC MERENTI;
PRAECEPTORIBUS OLIM MAXIME VENERANDIS,
NUNC FAUTORIBUS COLENDIS

S. P. D.

Auctor.

VIRI EXCELLENTISSIMI PARITER ATQUE CLARISSIMI!

VENERABILES MUSARUM MEARUM PARENTES!

Non est, quod miremini, *VIRI CLARISSIMI*, me tantum mihi sumfisse, ut *Nomen Vestrum* venerabile libello praefigerem, vix nomine vestro digno: Mens fecit grata, quae neque muneris formam, neque dignitatem respicit, tantum in voti intenta officium. Diu enim meditatus, amorem in *Praeceptores* de meis studiis juvenilibus tantopere meritos, quanto aut quali declararem, munusculum aliud in suppellectili mea non habui, atque chartaceum. Ast ab iis, qui literis juventutique formandae operam navant, quid aliud expectandum? Qua de causa id munusculi genus *Vobis* & olim *Praeceptoribus* carissimis, & nunc *Fautoribus* optimis, quale etiam cunque sit, non gratum esse non potest. Equidem non dubito, fore multos, non iudicio bonorum, sed opinione suimet, eruditos, qui vel *Theocriti* ipsius nomen *Vobis* indignum, judicent, ne dicam, ejusdem carmen a sacris rebus alienissimum. Nam, audito *Poëtae* & *Bucolici* nomine, cum Bucolicum amores ludere pastorum, arbitrentur; ac Poëtam metro syllabarum uti, a sacro stylo prorsus abeunte: utrumque ad novi foederis scriptorum stylum illustrandum quicquam conferre negant. Sed hi erunt fere, qui expertes literarum graecarum, nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, putabunt. Hi si dixerint, non scriptores sacros in metrum cogi, sed e sermone graeco illustrari; non *Theocritum* obscaenos hominum amores docere, sed vel humani generis mores per-

stringere (a), vel Philosophiae studium commendare (b): non admirabuntur, nos in stili sacri virtutibus exponendis *Theocritum* Poetam secutos. Neque enim *Paulo* fuit turpe, reipublicae Christianae summo viro, *Menandrum* legisse *Terentii* Magistrum (c); quippe cum πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαρῶις, τοῖς δὲ μεμιασμένοις καὶ ἀπίστοις ἕθεν καθαρὸν ἀλλὰ μεμιανται ἀνθρώποι καὶ ὁ νῦν καὶ ἡ συνείδησις (d). At, teste quidem *Petro Alcyonio* (e), *Menander* turpitudine *Theocritum* longissime superavit. Nam si sacerdotes graeci, Byzantinis imperantibus, ob amores, ob turpes lusus, ob nequitias amantum, praeter alios, quoque *Menandrum* e medio sustulerint; horum in numero, cujus carmina nostram aetatem attigere, *Theocritum* haud fuisse constat (f). Quod de *Theocrito* judico, a *Moschi*, *Bionisque* reliquiis haud abjudico, tantum addens, qui mala has vices falce incidunt, *Moscus* imitari (g), veteris libros foederis, quod scelerum multorum


- (a) Uti enim *Virgilius* in *Eclogis* non rusticorum mores taxat sed aulicorum; ita & *Theocritus* in *ἰδυλλίαις*, cui *Moschium* & *Bionem*, ut moris est, subjungo, Syracusanorum mores Aegyptiorumque carpit superstitionem. Vide *Φαρμακεία*. *ἰδυλ.* β. & *ἰδυλλία* XV. XX. XXVI. edit. Basil. (b) Conf. *ἰδυλλίον κύκλωψ* edit. Basil. XI. ubi *Galatea Theocrito* est philosophia, quam nomine *Pieridum* vocat, item. Cf. *Idyll.* XVI. in quo Syracusani tyranni carpit avaritiam, κλ. (c) Cf. *Terentii* Prologum in *Andriam*, *Eunuchum*, *Heautont.* (d) Tit. 1.5. Summa de industria τὸν νῦν ἀπὸ τῆς συνείδησεως separat *Apostolus*: quos enim homines vocat impuros, vel tantum cogitant impura, purioris inscii; vel impatis delectantur, purioris conscii. (e) Lib. I. de *Exilio*, p. 69. edit. Lips. Cf. *Morhof.* *Polyb.* Tom. I. Lib. 7. c. 2. § II. p. m. 1043. *Vener.* *Fabricii* *Bibl. Graec.* Lib. II. c. 22. in voce *Menander* p. 769. (f) quae supersint *Theocriti* carmina V. *Fabricius*. I. c. ostendit. Lib. III. c. XVII. 9. III. pag. 435. 431. (g) Cf. *Joh. Ern. Gerhardi* dissertatio. de *Moscovit. Religione*, C. I. quibus calculum addit *Bellarminus* lib. II. de verbo DEI Cap. 15.

multorum faciunt mentionem, perpetuarum tenebrarum
damnantes. Verum enim vero, quominus mihi ab iis,
qui *γμοιοι*. b. Lutheri sunt discipuli, metuo, ne cum radice
flores ipsos abjiciant; eo magis spero conatum, quo stilum
Johannis, alioqui castissimi *Jesu Christi* principis nostri di-
scipuli, vere pastoritium, e carminibus *Theocriti* aliorumque
pastoritiis volui collustrare, non singulis non probatum iri.
Adhaec, quamvis fatear, id laboris genus, quanto felicius,
venerabili nostro *Raphelio* interprete, caepit, tanto majo-
rem aemulorum, saepius, teste Horatio, servi pecoris,
cohortem, fuisse expertum: tamen praeterquam, quod
cautius sacra cum profanis contuli, *Scholiastae graeci manu*
exaratam saepissime adhibui interpretationem, quam *Co-*
dex Lipsiensis bombycinus decem (h) *Idylliorum*, quorum
primum & posteriora duo aqua corrupti in itinere Italico
eluens, ab *Antonio* quondam Hallens. Prof. Bibliothecae,
in aedibus Paulinis adornatae donatus exhibet, singulis
Theocriti lineis ubique impositam (i). Omnium autem
optime a vobis, *VIRI CLARISSIMI*, leve hoc scriptu-
rae genus arbitror acceptum iri: tum, quod & piissimi
Johannis, & prudensissimi *Theocriti*, ovium fidorum ima-
gines pastorum exprimitis; tum, quod officii mei signum
esse volo *Vobis* de gravissimo munere, nuper auspicate su-
scepto, quam officiosissime gratulantis. Sane nihil jucun-
dus mihi accidere potuit, nihil suavius, quam auribus
percipere, quos juvenis scientiarum, morum, ac fortunae
meae formatores & principes expertus fui, & optimos,
a 3 eodem

(h) vide, quae *vener*; *Fabricius* de hoc *Idylliorum* numero observat, *Bibl.*
Gr. lib. III. Cap. XVII. § 1, p. 430. Tom. II. (i) Contuli quidem cum
Scholiis typo descriptis manu scripta, quorum haec ab illis saepissime
abunt, nec inutilia tradunt.

eodem tempore, ejusdem urbis, ad easdem summas scho-
lae dignitates pervenisse. Quemadmodum enim Patriam
dulcissimam peregrinis in oris jucundissima colo reveren-
tia; sic vestram quoque urbem, vestra Gymnasia, Pa-
triae ornamenta, studiorum meorum olim praestantissimas
palaestras, quotiescunque earum, praesertim *Magdalidis
nostrae*, subit mentem memoria, subit autem saepius, reve-
renter osculor. Igitur, *VIRI CLARISSIMI*, quamvis
me fortasse gratulantium vobis de faustis dignitatum *vestra-
rum* auspiciis extremum esse videatis, tamen, quo minus
tantummodo de faustis auspiciis viderer posse vobis gratu-
lari, cum potius de longe feliciori meritorum successu
vobis gratulandum judicem; eo jam hilariori animo
VOPIS integras & mentis, & corporis vires, ac optima
quaevis apprecor, ut, *venerabiles Viri, excellentissime
Stieffi, Tuo Elisabethano, ac egregie KELLERE!* nostro
Magdalenaeo felicissime praesitis Gymnasiis; ut *βίονος
ἐκ ψυχῆς τὰς ἀμνάδας!* Valete. Ploenae, Kalendis Ja-
nuarii A. O. R. cldcccxxxv.

PHILO.



PHILOLOGIAE JOHANNEAE

ex

THEOCRITO

Observationes.

§. I. Cap. I. v. 3. Καὶ χωρὶς αὐτῆς ἐγένετο ἡ δὲ ἐν. - Quatuor in C. S. Graeci particulas habent excludendi, ἐκτὸς, ἄλλοι, ἄνευ, & χωρὶς. (a) ἐκτὸς excludit effectum a causa, (b) ἄλλοι numerum tantum excludit majorem. (c) ἄνευ, haec rem excludit quamcunque ab eminentiori gradu, ab εὖ & α privativo derivanda. 1. Pet. III. 1. ἄνευ λόγου. *sine multis exquisitis verbis.* c. IV. 9. ἄνευ γοιγγυσμῶν *sine multa & nimia disceptatione.* Omnes enim hospitio homines promiscue sine discrimine non jubentur excipere. Conf. Phil. II. 14. ubi aliud quidem amoris genus praecipitur. item Joh. VII. 12. Quam particulam ἄνευ Theocritus. Idyll. XXXI. v. 127. hunc in modum applicat ad rem praesentem:

Αὐτὰρ ἐπ' ἄμασι θυινὸν ἄνευ πυρὸς αὐτῆς δόρπον

Sed Hercules quotidie parvam semicrudam sumpsit coenam.

χωρὶς autem a χωρίζω & χωρος locus & separare, ut per naturam sejunctionem omnimodam significet, derivatur; ac quodcunque esse potest a re excludit. sic Rom. III. 28. VII. 8. Jac. II. 20. opera prorsus excluduntur a justificatione, ejusque actu, non vero fidei statu. Joh. XV. 5. τὸ καρπὸς φέρειν χωρὶς χριστοῦ, καὶ ἀφ' ἑαυτῆς idem esse videtur; nisi, quod χωρὶς Christum excludit a fructuum causa, ἀφ' ἑαυτῆς vero jam aliam simul causam indicat. Quare quemadmodum sine Christo prorsus nihil deo reconciliatum est; ita quoque sine deo creatore nihil existere dicit Johannes, voce χωρὶς αὐτῆς. Theocritus aliquam huic voci affundit lucem, Idyll. XIII. v. 10, ostendens, Herculem sine patre nihil fuisse; siquidem canit;

καὶ

καὶ μὴ πάντ' ἐδίδαξε παῖρα, ὡσεὶ φίλον υἱα,
 ὅσσα, μαθὼν ἀγαθὸς καὶ ἀνίδιμος αὐτὸς ἐγένετο,
 χωρὶς δ' ἔδ' ἐποκ' ἦτο.

*Et eum omnia docuit pater, tanquam dilectum filium,
 quaecumque cum edidicerit, bonus & celebris ipse evasit,
 sine his autem nec unquam fuisset quisquam.*

cf. Idyll. XXXII. v. 12. ubi Augiae greges & stabula non uno in loco, sed
 diversis & separatis in locis fuisse ita canit:

χωρὶς δὲ σηκόισφι ἰεῖλυγμένοι εἰσὶν ἐκάσους.
Separatim sane caulis praefecti sunt singulis.

§. 2. c. I. v. 14. καὶ ὁ λόγος σάρξ ἐγένετο. Haec quidem loquen-
 di forma apud nullum scriptorum profanorum extat, vel existere potest:
 Ast, horum si fabulas inspexerimus, formas sibi simillimas habet. Ita enim
Theocritus Idyll. XX. v. 78. quodammodo nobiscum concinit:

κρύψε θεόν, καὶ ἴρεψε δέμας, καὶ γίγνετο ταυρὸς.
occultavit deum, & vertit formam, & factus est taurus.
 quae tamen, ut caute & caste accipiantur, rogo.

§. 3. v. 18. ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς. Vocem κόλπος, quod
 in N. occurrit foedere, vel de *sinu* matris Act. XXVII. 39. vel de *sinu* homi-
 nis ipso interpretantur, Joh. XIII. v. 23. Luc. VI. 38. Hujus quoque ad sen-
 sum nostrum Johannem trahunt, rati metaphoram in hac latere voce, quae
 intimam *Jesu Christi* cum patre consiliorum arcanorum indicaret commu-
 nionem, vid. *Poli Synopsis*. Verum, consiliorum cum sinu nullum com-
 mercium; nec particulam εἰς temere cum voce ἐν committere licet; multo
 minus potest negari, verba versus 16. de Christo loqui, in carne gratiam
 & veritatem, revelante. Igitur hic κόλπος longe commodius *humanam*
Christi naturam designat, quam patris consiliorum copiam. Appellat scri-
 ptura sacra *hominum vestes*, humanae naturae facultates, quas fides san-
 guine *Jesu Christi* purgat, ac purgatas servat. Apoc. XVI. 15. XIX. 8. III.
 4. VII. 13. Contra, *simbriam* patris s. κόλπον vocat eadem scriptura
 eandem Christi naturam, quatenus dei templum, quod grex Christi est,
 replet. Esai VI. 1. *יְהוָה* coll. Ezech. I. 26. Hinc Col. II. 9. *σωματικῶς*

καταλοι.

καλοικεῖν, Johanni est εἶναι εἰς κόλπον τῆ πατρὸς. Nec auctoritas deest graecorum, qui vestem laxiorem prolixioremq̃ vocarunt κόλπον. Theocritus enim Idyll. XV. 134. ritum sacra faciendi exponens, dicit, quod mulieres

λύττασαι κόμαν, καὶ ἐπὶ σφυρὰ κόλπον ἀνῆσαι.
Comis solutis, ad talos usque SINUM s. vestem remiserint.

Item Idyll. XVI. 16. de avaro canit:

πᾶς δ' ὑπὸ κολπῆ χειρὰς ἔχει - - - - -
quilibet sub veste manum habet

Quam loquendi formam de avaro Talmud jam sibi vindicatam במסכת רומא fol. 77. c. 2. hunc in modum imitatus: לא יוציא ידו מתחת הפתח לוקו: i. e. non educet manum suam de simbria tunicae suae: i. e. de sinu. Item Idyll. XX. 118. ubi de Europa Tauro insidenti fingit:

- - - - - ἐν χειρὶ δ' ἄλλη
ἐνρὺε πορφυρέας κόλπῃ πύχας.
- - - - - manu vero altera
traherat purpureas SINUS plicaturas.

§. 4. III. 13. καὶ εἰς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν ἕρανόν.] Novi foederis scriptores voces ἀναβαίνειν εἰς ἕρανόν & πορεύεσθαι, a se invicem fecerunt sollicite cum auctoribus graecis: quibus πορεύεσθαι εἰς τόπον, recta in locum sine alicujus interventu ferri, notat: ἀναβαίνειν vero, superiora per gradus petere cf. Eras. Schmid. ad Joh. XXI. v. 11. Igitur Act. I. 11. τὸ πορεύεσθαι εἰς τὸν ἕρανόν nobis est gen Himmel fahren / Joh. autem III. 13. & VI. 61. κτλ. τὸ ἀναβαίνειν εἰς τὸν ἕρα ὄν, gen Himmel steigen. Nam, quemadmodum JESUS noster humana nostra natura tanquam scala usus, ad ultimum humilitatis genus descendit, ita per diversos afflictionum humanarumque actionum gradus eo ascendit, unde recta fertur in coelum. Ephes. IV. 10. cf. Johan. XX. 17. Hunc quoque in modum Theocritus de Hercule plurimos labores emenso, Idyll. XXXI. 77. canit:

Τοῖος ἀνήρ, ὃδε μέλλει εἰς ἕρανόν ἄστρα φέρειν
ἀμβαίνειν ἵεῖς νύκτι ἀπὸ σέρνων πλατὺς ἤρας, κτλ.
Talis Vir ille Hercules coelum conscendet sidereum,
o Alceme! tuus filius Heros magnanimus, &c.

b

§. 5.

§. 5. IV. 51. παῖς σϑ vocabulum est, quod de vita magis, quam de morte testatur. Quem aetatis humanae gradum designet, in Codice *MSCT*. Theocriti peregrina manus ad Idyll. IX. 81. hunc in modum declarat: βρέφος ἀπὸ γενέσεως ἕως ἑλῶν δ. παῖς ἀπὸ ἑλῶν ε. ἕως ἑλῶν ιδ. μηράκειον ἀπὸ ἑλῶν ιε. ἕως ἑλῶν κβ. νεανίσκος ἀπὸ ἑλῶν κγ. ἕως ἑλῶν μδ. αἰνῆς ἀπὸ ἑλῶν με. ἕως ἑλῶν νε. γέρον ἀπὸ ἑλῶν νς. ἕως ἑλῶν ξη. πρεσβύτης ἀπὸ ἑλῶν ξθ. μέχρι τέλους ξαῆς αὐτός. i. e. *Infans* a nativitate ad 4. annum. *puer* a quinto anno ad 14. *adolescens* a 15. anno ad 22. *Juvenis* ab anno 23 ad 44. annum: *Vir* ab anno 45. ad 55. annum: *senex* ab anno 56. ad 68. annum: *decrepitus* ab anno 69. ad finem usque vitae idem est.

§. 6. V. 39. ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς. ἐρευνᾶν ex voce ἐυνῆ, quae ferarum *lustrum* signat, ac ἐρω σκιστορ, trahit originem; ita ut ἐρευνᾶν per se idem sit, atque *feras in lustris indagare*. Igitur ἐρευνᾶν τὰς γραφάς nihil erit aliud, quam *scripturae lustra, quae Jesum exhibent certum* (Cant. II. 9.), diligenter excutere. Sic enim de Hercule in montanis lustris investigante leonem Theocritus Idyll, XXXII, 221. hunc in modum canit:

ἔ μὴν πρὶν πόδας ἔχον ὄρος τανύφυλλον ἐρευνᾶν,
πρὶν ἰδέειν ἀλκῆς τε μετ' αὐτίκα πειρηθῆναι.

*Non sane prius pedes monti ad montem frondosum investigandum,
quam vidissem, viresque statim examinasset.*

§. 7. c. VII. 15. πῶς ἔτος γράμματα οἶδε; vox γράμματα Plur. num. quocumque quis instituitur, literarum genus notat. Ita enim Theocritus Idyll, XXXII. 103. de Hercule canit:

γράμματα μὲν παῖδα γέρον λίνος ἐξεδίδαξε,

Literas quidem puerum senex Linus edocuit.

Unde Jesum constat non ἀυλοδιδάκτον modo in omni scientiarum fuisse genere, sed quoque tum temporis, cum haec acciderent, doctrinae istius sacrae penum aperuisse.

§. 8. Cap.

§. 8. Cap. VIII. 23. ὑμεῖς ἐκ τοῦ κόσμου κτλ. τὸ ἐκ κόσμου εἶναι non modo adverbatur τῷ ἐξ ἑρανεῖ εἶναι, sed indicat quoque eum, qui ἐκ τοῦ κόσμου est, humanis rebus ita irretitum esse, ut, quemadmodum ab iis nequit abstrahi, ita de iis quoque perpetuo faciat sermones. *Theocriti* haec mens est, quando eadem dicendi forma usus *Idyll.* I. 65. Thyrsidem inducit Daphnidis, quem amor occiderat, mortem deplorantem, Sic enim canit:

Θύρσις ὁδὸ ἐξ Αἰτνας καὶ θύρσιδος ἄδε Φωνά.

Thyrsis hic est Aetnaeus & Thyrsidis haec vox est.

Manu exaratus Interpres ad voces ὁ ἐξ Αἰτνας dicit: ἰδέσιν πὸ σικελίας, ac si Thyrsis se tantum vocaret Siculum, qui circa Aetnam oves pasceret. Verum, uti Aetna ovibus pascua negat; sic Thyrsis *Catanam* intelligit Siciliae urbem, quam veteres, Strabone teste, appellarunt Aetnam. Studio autem se *Aetnaeum* vocat Thyrsis, amore in Daphnidem accensus, Etenim, propterea quod ceteri Daphnidem deseruerant, v. 69. eos dicit, Αἰτνας Σκοπιῶν deleuisse. conf. v. 130.

§. 9. C. X. 2. ποιμέν ἐσι τῶν προβάτων. Vox προβάτων non abundat, sed vocem, quae praecedit, ποιμήν curate describit. Rem hancce pastoritiam, me iudice, curatius definit nemo, quam *Theocritus*: qui *Idyll.* I. v. 80. triplex Pastorum genus designat his verbis:

ἦνθον τῶν βῶλαι, τῶν ποιμένες, ἄπολοι ἦνθον.

Venerunt tibi bubuloi, tibi Pastores, caprarii venerunt.

Quibus *Zacharias Calliergus* in Scholiis ad v. 7. cum auctore nostro mst. addit: νομῆς, οἱ μὲν τῶν προβάτων καλεῖσθαι ποιμένες, οἱ δὲ τῆς ἐτέρας μερίδος, ἀπόλοι. Verum enim vero, quemadmodum Daphnis ille apud *Theocritum* in *Idyll.* XXXVI. 46. 47. βέκολος capras & haedos in armento suo habuit, dicens:

Αἶγες ἐμαί βέσκεθε, τὰ βωκόλα ἐργα νοήσω:

τῶνροι καλλὰ νέμεθε.

Caprae meae pascimini, Bubulei cognoscant opera!

Ταυρι, optime pascimini herbis;

Sic etiam vox ποιμήν Theocrito ipsi vocabulum est, quod *Caprarium* non minus designat ac *opilionem*. Hinc Theocriti, quem *Daphnis Βεκόλος* Idyll. VIII. 9. ποιμένα εἰρωπύκων οἴων, Pastorem lanigerarum ovium appellat, *Menalcas* Idyll. IX. 16. 17. non oves modo sibi attribuit, sed & capras, canens:

Ἐχω δὲ τοι, ὅτ' ἐν ὄνειρῳ
Φάινωίλα, πολλὰς μὲν οἴς, πολλὰς δὲ χιμαίρας

Habeo autem tibi, quicquid in insomnio,
adparet, multas quidem oves, multasque capras.

Quapropter & *Comatas* Idyll. IV. 1. 2. monet: Ἄγες ἐμαί ἴηον ἴον ποιμένα ἴον Συβαρίταν Φεύγετε ἴον λάκωνα. Haec cum ita sint, *JESUS* pastorem appellans, ποιμένα προβάτων, intelligit virum, qui nec in grege haedos habet, nec agnos.

§. 10. v. 4. ὄιδασι ἴην Φωνὴν ἀνῆ coll. v. 3. Quemadmodum *JESUS* hic ἴα ἴδια πρόβατα disjungit ab aliis: ita vocis discrimine utraque a semet disjuncta ostendit, pastorum ritus imitatus. Sicuti enim veterum Ebraeorum vates gemino & muneris & generis inclaruisse nomina constat; ita quoque arbitror Apostolorum singulos duo accepisse nomina. Praeter Petri, quod certum est, exemplum, & *Jacobus* appellabatur *Justus*, & *Saulus Paulus*; & alii alio exornabantur nomine. Quem in modum apud *Theocritum Battus* Idyll. IV. 45. Taurum, ut ita dicam, nominatim inclamat,

σιτθ' ὁ λέπαργος.

Heus! o Albe!

ac v. 46. *Corydon* vaccam pastori vehementer & caram & observandam hoc monet nomine:

σιτθ' αἰ Κυμαίθα ποτι λόφον, ἔκ ἐτακείεις;

Sitta! o Cymaithe! ad tumulum istum nonne attendis?

Atque Idyll. V. 102. 103. *Laco* arietes & ovem nominatim compellans,

ἔκ ἀπὸ ἴας δρυός, inquit, ἔλος ὁ κώναρος, ἄγε Κυμαίθα,

ἴθι βοσκησείθε πρὸς ἀντολὰς ὡς ὁ Φάλαρος.

Non ab ista querece, o Canare! & Cynaithe!

Hic pascetis orientem versus, sicut Phalarus.

Ficta

Ficta haec nomina non esse nuda, sed quae ovium virtutem & usum describant, *Mstus* noster Scholiastes docet aeque ac *Calliergius*: Uterque enim, κώναρος, inquit, ὄνομα κριῶν δία τὸ κέρατα περιφερῆ καὶ τραχεῖα ἔχειν, ὡς κώνης, ἤγαν εὐροβύλης. Κυνάιθα δηλονότι τραχεῖα ὄϊς, παρὰ τὸ κινῶ καὶ τὸ αἰθω, τὸ καίω. Φάλαρος ἤγαν ὁ κριός ὁ λευκός. Atque sic Apostoli, JESU oves propriae, omnes a fide; singuli vero, vel a fidei objecto, vel effectu accipere nomen. Quod ad reliquas JESU nostri oves attinet, pastoris sui vocem nosse praedicantur. Quae? & qualis illa vox sit? *Theocritus* variis docet exemplis. Haec pastorum vox vel est, qua carmina modulabantur; vel, qua oves a locis nocivis arcebant, aut ad pastum excitabant. Hinc *Thyrsis* Idyll. I. 65, de se ait;

- - - - καὶ Θύρσιδος ἄδ' αἰ Φωνά.
- - - - Et *Thirsis* haecce vox fuit;

Et *Caprarius* Idyll. VIII. 82. de *Daphnide* judicat: Ἀδύτι τὸ σῶμα τοι, καὶ ἐφίμερτος, ὦ Δάφνι, Φωνά. dulce quod & os tibi est, & jucunda, o *Daphnis*, vox. Hinc denique vox illa Σίττα, qua pastores gregem ab herbis nocivis arcent, ac ad meliores incitant. Eo, praeter quae adduximus, verba *Theocriti* spectant. Idyll. V. 3.

ἐκ ἀπὸ τῆς κρήνας, Σίττ' ἀμνίδες;
Non a fonte, Sitta, agnae!

Item Idyll. VIII. 69.

Σίττα νέμεσθε, νέμεσθε, τὰ δ' ἔθρατα πλήσατε πᾶσαι.
Sitta, pascite, pascite, haec ubera implete omnes.

Calliergi vocis interpretatio haec est: Σίττα, Ψίττα, ποιμενικά, αἰπολικά, καὶ βυκολικά ἐπιφθέγματα. εἰσὶ δὲ ἐπιρρήματα. Ἐλεγον δὲ ταῦτα διώκοντες. ἀποσήσεσθε, ὠφείλεν εἰπεῖν, ἢ Φεύξεσθε, ἢ τοιᾶτον. ὁ δὲ ταῦτα ἀφείς τῇ σκηνῇθαι Φωιῇ τοῖς ἀμνοῖς τῷ Σίττα Φρήται. ἔσι, δὲ τῆτο παρακίλευσις. i. e. *Sitta, Psitta, Pastoris Caprarii & bubulci voces. Sunt vero adverbia. dicebant autem haec persequentes: desistite, ut dicam, seu fugite, vel ejusmodi quicquam. Is vero, qui haec pronuntiabat,*

ciabat, consueta utebatur voce Sitta apud agnos. Vox autem illa est exhortantis.

§. 11. V. 5. Φεύξονται ἀπ' αὐτῆ, Φεύγειν τινὰ & Φεύγεσθαι ἀπό τινος idem non est. Illud societatem cum aliquo ineundam evitare significat; hoc societatem jam initam deserere. Comates anim apud *Theocritum* Idyll. V. 1. Laconem pastorem mercede conductum, gregi suo studens invisum reddere, incipit.

Αἶγες ἐμαὶ τήνον τὸν ποιμένα τὴν Συβαρίταν
Φεύγετε τὸν λάκωνα.
*Capellae meae hunc pastorem Sybaritam
fugite Laconem!*

Et *Eunicà* Idyll. XXIV. se manibus impuri hominis subtrahens ait:

- - - - ἀπ' ἐμεῦ Φεῦγε, μή με μολύνῃς.
- - - - a me discede, ne inquines me!

Malos igitur doctores, quibus fidem dedimus, desiciamus!

§. 12. 10. 11. ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς. Id, quod latini formosum, ac Graeci alias ὠραῖον appellant, hic quoque τὸ καλὸν audit Substantivo subjunctum. *Formosus*, enim s. ὠραῖος Ἀδωνίς, quem *Theocritus* cum Virgilio Idyll. I. 109. vocat, eidem *Theocrito* Idyll. XV. 127. describitur hunc in modum:

ἔσρωται κλίνα, τῷ Ἀδωνίδι τῷ καλῷ ἄλλα.
Stratus fuit lectus Adonidi formosissimo alias.

& Idyll. XXIX. v. 26.

τὸν ἄνδρα τὸν καλὸν σευ
ἐκ ἠθέλου πατάξαι.
*Virum tuum formosissimum
nolui percutere.*

Christus igitur Adonis noster etiam externus formosissimus est.

§. 13. V.

§. 13. V. Ibidem τὴν ψυχὴν αὐτῆς τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων.
 Vox τιθέναι magis actum mentis liberum designat aliquid faciendi, quam
 vox δίδοναι. Qua de causa *Pharmacentria* apud Theocritum Idyll. II.
 40, 41. de perfido conquerens amatore dicit.

- - - - - ὅς με τάλαιναν
 ἀντὶ γυναικὸς ἔθηκε κακὰν εἶναι.
 - - - - - qui me miseram
 loco felicioris & honestioris mulieris posuit malam.

unde quoque Theocriti *Syrinx*, v. 13, 14. haec habet:

ὦ τὸδε τυφλοφύρων ἐρατὸν
 πᾶμα! πάρις θέτο σιμιχίδας
 ψυχάν.
 O! hoc occaecantium amoris iudicium!
 Paris posuit Simichides animam!

Scholia τὸ θέτο monent loco τῆς ἀνέθηκε scribi, quod Paris, cum de
 deabus iudicium tulisset, animam ipse mercedis loco statuisset, atque
 mortem obiisset.

§. 14. V. 32. πολλὰ καλὰ ἔργα ἔδειξα ἐκ. Miracula illa egre-
 gia, quae *JEsus* hucusque praestiterat, uti Latini *res egregie gestas* appel-
 lant; sic Graeci vocant ἔργα. Theocritus Ptolemaei laudes enarraturus
 Idyll. XVII, 6.7. canit.

ἥρωες, τοῖ προῦθεν ἀφ' ἡμιθέων ἐγένοντο,
 ῥεζαντες καλὰ ἔργα σοφῶν ἐκυρησαν αἰοιδῶν.
 Heroes, qui antea a semideis profecti erant,
 rebus egregie gestis clari, prudentes sunt poetas naesti.

conf. Idyll. XV. 46. ubi eadem habentur. Praesertim, quod v. 13, &
 14. l. c. subiungitur, placet. Pergit enim Theocritus:

Ἐκ πατέρων μὰν οἷος ἔην τελέσαι μέγα ἔργον,
 ἐ λαγίδας Πτολεμαῖος.

Ex

*Ex patribus jam poterat patrare magnum opus
Ptolemaeus Lagi filius.*

Unde, quid *Jesus* noster sibi cum verbis, ἔργα ἔδειξα ἐκ τῶ πατρὸς, velit, constat. Virtute enim parentum inclaruisse *Ptolemaeum* canit *Theocritus*, ita, ut eundem subjungat patrem ἀθανάτοις ἐμόλιμον *Θήκαι*. quamquam *Theocriti* voces ἐκ πατέρων primo intuitu videntur tantum indicare *Ptolemaeum Lagum* in *Philadelphii* majoribus poni; quum tamen Poeta verbis in sequentibus majorum virtutes ante *Lagum* istum repetat, voces illas ἐκ πατέρων non in majorum numero, sed majorum virtute censeo interpretandas. conf. *Idyll. XVII. 137.*

§. 15. C. XI. 52. v. ἵνα καὶ τὰ τέκνα τῶ θεῷ τὰ δισκορπισμένα συναγαγῆ εἰς ἓν. Haec *Johannis* verba non tantum internam fidei & animorum notant conjunctionem; sed externam quoque Christianorum societatem, quae a *Judaeis* separanda erat & gentilibus. Praeter rei rationem ipsius, vel ipsa loquendi forma aliam sententiam haud admittit. *Virgilius*, qui *Ecl. VII. 2.* *Coridonem* et *Byrsidem* greges compulisse in unum, εἰς ἓν dixit, *Johannem* haud in epte exprimit interpretatus *Theocriti Idyll. VI. 1. 2.* verba haec:

Δαμοίτας καὶ Δάφνης ὁ βυβύλιος εἰς ἓνα χώρον,
ταὶν ἀγέλαν πόκ' Ἄρατε συναγάγον.

*Damoetas & Daphnis Bubulcius in unum locum
Gregem aliquando, Arate, congregaverant.*

Haec *Theocriti* verba *Scholia mea manu exarata* hunc in modum explicant: τῷδε Ἄρατε, ὃ προσφωνεῖ, ἐν τοῖς θαλυσίοις καὶ ἀλλαχῶ μνημονεύει. Ἐναντίως ἔχει τῷτο τῷ λεγομένῳ δραματικῷ γήματι, ὃ μετὰ προεπιζεύξεως λέγεται. ἐν ταῦθα γὰρ ἐνικὸν ἐπάγεται ἐπὶ ταῖς δυσίαι, ἐκεῖ δὲ πληθυντικὸν λέγεται μετὰ τὰ ἐνικά ὄιον:

εἶδ' κ' ἄρης ἀρχωσι μάχεσθαι, ἢ Φοῖβος Ἀπόλλων.
λύεται δὲ ἐκεῖνο μὲν ὑπερβατῶς, ὄιον,
εἰ δὲ κ' ἄρης ἢ Φῶβος Ἀπόλλων ἀρχωσι.

τῷτο

τὸ δὲ ἀπὸ κοινῆ λαμβάνον τὸ ὁ βοῦκόλος ἕκαστος
δηλονότι τὴν ἑαυτῆ ἀγέλην ἀγαγόντες ἤνωσαν.

id est Arati autem, quem alloquitur, meminit in Thalysis & alibi.
Haec vero carminis ratio non respondet, quod vocant, dramatico, quod
cum quadam Proepizeuxi loquitur. Hic enim singulare additur duobus:
Illic vero Plurale dicitur post singularia, exemplo sit.

Si vero Mars incipiant certare & Phoebus Apollo,
quod quidem in transitu solvitur hunc in modum:

si vero Mars, & Phoebus Apollo incipiant.

In nostro autem loco commune est vocabulum ὁ βοῦκόλος. Quilibet sci-
licet Bubulcus gregem suum ducentes, ut unum efficerent, conjunx-
erant. Manuscriptam hanc Scholiastae mei interpretationem, tum
quod lententiae nostrae quidpiam luminis affert tum quod hinc
liquet, quantum Calliergi Scholiis desit, paulo prolixiorem placuit
adtexere.

§. 16. C. XII. 24. v. πολὺν καρπὸν φέρειν καὶ καρπὸν
ποιεῖν, duarum Phrasέων a semet non differre significationem, inter-
pretum vulgus sancte credit: ita ut Calliergus quoque in Scholiis ad
Theocriti verba Idyll. I. 132. τὸ φέρειν interpretans, in versu:

νῦν ἴα μὲν φορέοιτε βᾶτοι, φορέοιτε δ' ἀκανθαί, κτλ. statuat,

φορέοιτε, ἀντὶ τῆ φέρετε. τρεῖςιν, γεννᾶτε, ἐκτρέφετε, φέρετε, δὲ
ἀκανθαί. nimirum φέρειν idem esse ac γεννᾶν. cf. Polus, & E Schmi-
dius ad Matth. III. 8. Verum hos ipsos Theocritus ipse confutat non
tam de fertilitate, quam de fructuum praesentia ipsa aeterna faciens
verba. Hoc enim sensu ille vocem φέρειν accipit Idyll. III. 10. 11.
canens:

ἦνι δὲ τοι δέκα μᾶλα φέρω;

καὶ αὔριον ἄλλα τοι οἶσᾶ.

En vero tibi decem mala fero, & cras tibi alia feram;

c

codem

eodem quoque modo illud ipsum *Φέρειν* sentio esse accipiendum in Idyll. V. 132. supra dicto. Theocritus enim non spinis juniperisque demum precatur, ut facultatem ferendi fructus habeant, sed ut actu jam fructus ferant. Verba, quae sequuntur v. 133. 134. sunt,

*αἰ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ' ἀρκέυθοισι κομάσαι.
πάντα δ' ἑναλλα γένοιτο, καὶ αἰ πίτυς ὄχνας εὐείκας.*

Pulcherrimus autem flos Narcissus in Juniperis elatus appareat.

Omnia jam vero immutata fuerint, & pinus Pira tulerit.

Eodem spectat Idyll. V. v. 124. & 125. quemadmodum enim, ut flumina non lac gerant, aut vinum, sed jam generatum secum ferant, precatur auctor; ita v. 125. subjungit:

- - - τὰ δέ τοι σία καρπὸν εὐείκας.

- - - *Lavera vero tibi ipsa fructum tulerint;*

Quamquam & hanc vocem *εὐείκας* Mst. Codex voce *ἐκθρέψας* explicuit, res tamen per se nota est. Ut vocem *καρπος* taceam, quae, cum laver fructu suo carere non possit, hic *Theocrito* eum denotat fructum, quo possumus frui. Interea, quo hujus Phrasos *καρπὸν Φέρειν* usus apud auctores frequentior, eo rarior est Phrasin *καρπὸν ποιεῖν*; ut, quamvis in *Matthaeo* & *Lucia* aliquoties, in *apocalypsi* vero *Johannis* semel legatur; tamen, si *Euripidem* exceperis, in *Rheso* *Cererem* *καρποποιόν* adpellantem, uspiam vix inveneris. Ratio in promptu est, quod externa quidem fructuum causa profanos auctores plurimum movit, interna latuit. Hanc igitur cum *Euripides*, *Matthaeus*, *Lucas* & *Johannes* II. cc. respiciant, voce *καρπὸν ποιεῖν* fructus faciendos intelligunt; ceteri voce *καρπὸν Φέρειν* fructus jam factos. Atque sic *Graeci* imitantur *Ebraeos* quibus *Gen. I. v. 11.* & *Ezech. XVII. 3. 23.* *עץ פרי עשה פרי* arbor est fructifera, quae fructus parat, aut ferre potest; sed *עץ פרי עץ נשא* arbor fructifera, quae jam fructus edit, aut exhibet. Conf. *Joel II. v. 22.* Unde *JESUM* nostrum utranque illam Phrasin *Joh. XV. 5.* studio adhibuisse, sollicite autem utriusque significationem distinxisse colliges; siquidem τῷ *Φέρειν καρπὸν πολλόν*,
virtutes

virtutes Christianorum externas indicat; τῷ δὲ ποιεῖν ἔδεν τῶν καρ-
πῶν, quamlibet innuit facultatem internam boni quicquam & volendi
& perficiendi. Conf. Matth. XIII. 23.

§. 17. Cap. XIII. 2. τὴν διαβόλῃ ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρ-
διαν ἰδέσθαι.] Vocem βάλειν Johannes mutuo accepit a phrasi, qua
utitur Theocritus, Idyll. XX. 24. Europam Jovis desiderio captam
ostendens. Verba sunt:

ὥς μ' ἔβαλε καρδίην κείνης πόθος,
Ut me jecit in corde illius desiderium!

quae impetum indicant subito hominis animum urgentem, ut faci-
nus suscipiat.

§. 18. Cap. XIV. 6. 17. καὶ ἡ ἀλήθεια.] Vox ἀλήθεια in
novi foederis libro vel *fictis* opponitur, vel *pietis*. Quando Johannes
noster *fictis* opponit *vera*, plerumque ἀληθειᾶν vocat vera, quando au-
tem *pietis* sive Levitarum *umbris* Christum futurum depingentibus, op-
ponit corpus ipsum, ἀλήθειαν appellat rem ipsam. Quorum non so-
lum ἀλήθεια illa Joh. I. 17. XVI. 7. 13. XVII. 17. XVIII. 37. 38. spe-
ctat: sed Pauli quoque ἀλήθεια I. Tim. III. 15. ac praesertim ejusdem
Legati divini cura, qua Timotheum suum sollicite monet 2. Tim. II. 15.
de verbo Levitico a carne Christi revelata accurate distinguendo ac se-
cundo, eodem pertinet. Quod veritatis discrimen Theocritum no-
strum haud latet, qui non modo Idyll. XXXV. v. 1. hunc in modum
de veritate loquitur:

ῥίνος, ὃ φίλε παῖς, λέγεται καὶ ἀλαθία,
Vinum, amate puer, quoque vera dicere oportet.

sed eandem quoque umbris opponit ita in Idyll. XX. v. 82. descriptis:

ὥς ἔτυμ' ἰσηκάντι, καὶ ὡς ἔτυμ' ἐνδινῶντι,
quam vera repraesentarunt, & quam vera circumagunt idola!

Plura de hac veritate vide sis ad c. XI. Ep. II. ad Corinth.

§. 19. C. XVI. 14. 15. ἐκ τῶ ἐμῶ.] Non sane posset tantummodo quaeri: qua sacri scriptores dialecto fuerint usi? sed etiam: num singuli eadem fuerint usi? At, quemadmodum utraque illa quaestio magis otiosa videtur, quam utilis nobis considerantibus, dialectum fuisse pro materiae ratione adhibendam; sic *Johannem* constat prae caeteris graecae Linguae particulas coluisse. Nolo jam esse multus in earundum examine, voce μῆ & ἐμῆ contentus. Hujus vocis ἐμῆ pro μῆ usus tam frequens scriptorum sacrorum est nulli, quam *Johanni*: cujus tamen posterioris usum cum Conf. XVI. 16. & alia haud prorsus respuant, priorem majoris ἐμφάσεως gratia statuo adhibitum. Voces enim v. 16. θεωρεῖτέ με, καὶ ἔψαθε με tantam haud postulant vim, quantam intelligimus inesse vocibus v. 14. ἐκείνος ἐμὲ δοξάσει. Illud enim quandam Personae conditionem designat haud prorsus necessariam: hoc autem a pronomine possessivo profectum, Personae ipsius quoddam proprium notat. Possessionem haec Theocriti verba in Idyll. XXVII. 71. declarant:

Σὺς μὲν ἐγὼ σὺ δ' ἐμὸς κεκλήσεαι αἶνε κρατήσω,

Tuus quidem ego, tu vero meus vocaberis, si viceris:

Usum vero pronominis supradicti Idyll. III. curate distinguit. Primum *Caprarius*, neglecto fere grege, studens alienis c. I, haec profert verba;

- - - τὰι δέ μοι αἶγες

βόσκονται κατ' ὄρος,

[- - -] *Meae autem caprae*

pasuntur in monte.

deinde capellis commendatis *Tityro*, quem propius noverant, quam gregem suum, subjicit v. 3.

Τίτυρ' ἐμὴν τὸ καλὸν πεφιλαμένη, βόσκει τὰς αἶγας,

Tityre mihi pulcherrimum dilecte, pasce capellas!

Uti in posteriori ob syllabarum numerum dicere poterat commode, Τίτυρέ μοι καλὸν, quod mst. ὑπ' ἐμῆ καλὰ interpretatur; ita in priori

priori aequè commode scribere potuisset, τὰιδ' ἐμοὶ ἀίγις κτλ. Atque ita τὸ ἐκ τῆ ἐμῆ ea notat, quae *Jesus Christus* morte sua promeruit sibi & suis possidenda. Quid autem sit τὸ λαμβάνεσθαι ἐκ τῆ ἐμῆ; etiam ex Theocriti Idyll. XVI. 21. quodammodo potest disci. Nam avari judicium de Poetis, indicaturus, dicit Poeta:

ἔτος ἀοιδῶν λῶσος, ὅς' ἐξ ἐμῆ ὀσιταὶ ἔθεν.

Ille Poetarum optimus, qui ex meo ferre cupit nihil,

id est qui divitias mihi tam caras & proprias relinquet intactas.

§. 20. σκοτίας ἐτι ἔσης.] Quod Johannes noster σκοτίαν ἐτι ἔσαν vocat, Lucas c. XXIV. 1. ὄρθρον βαθύν adpellat. Hunc autem ὄρθρον βαθύν Theocritus appellat tempus proximè ante auroram elapsam: quippe in Idyll. XVIII. 13. 14. sic canit:

παῖδα δ' ἐᾶν σὺν παισὶ Φιλοσόργω παρὰ μητρὶ
παισδεῖν ἐς βαθύν ὄρθρον. ἐπεὶ καὶ ἕναν, καὶ ἐς αἴω.

Puellam vero sine cum pueris apud riam matrem

ludere in profundum diluculum. Atque quando licebat, & ad auroram.

Hoc igitur tempus Johanni rectissime est σκοτία ἐτι ἔσα: nec, si λίαν πρώϊ modo comparandi ab auctoribus quoque accipi intelligas, Marcum, qui λίαν πρώϊ τῆ ἡλῆς ἀνατείλαντος scripsit, dixeris aliud voluisse, quam Christum ante solis ortum e sepulcro rediisse. Praeterea, βαθύν ὄρθρον Theocritus quoque nominat τὸν ἔσχατον ὄρθρον Idyll. XXXI. 77. sic scribens:

ὄρνιθες τρίτον ἄρτι τὸν ἔσχατον ὄρθρον ἄειδον,

Galli jam tertia vice ultimum diluculum cecinerant.

§. 21. Cap. XX. 19. τῶν θυρῶν κεκλεισμένων.] Nihil hic habeo aliud, quod observem, quam quotiescunque auctores hac utuntur phrasi, summum semper sibi ab aliqua re cavendi studium indicare:

iudicare; qua de causa apud Theocritum Damoeta Idyll, VI, 32, ne mulier se falleret, studiosissime sibi cauturus, dicit:

- - αὐτὰρ ἐγὼ κλειῶ θύρας, ἕως κ' ὁμύσῃ
αὐτά.

- - sed ego claudam fores, donec juraverit
illa.

Damoetae mentem Scholiastes quidem noster mst. ita interpretatur: ἀλλὰ ἐγὼ θλάσω τὰς θύρας, ἕως ἂν πίσιν δῶ; sed, si textum examines, vocem κλειῶ praeferes voci θλάω.

§. 22. Cap. XXI. 15. 16. 17. ἀγαπᾶς με πλεῖον τῶτων; κτλ.] Tria in hac periodo observanda reperio. 1) voces πλεῖον τῶτων 2) discrimen τῆ ἀγαπᾶν & τῆ φιλεῖν & 3) triplicem Petri compellationem. (N) Quod ad voces πλεῖον τῶτων attinet, haud nego, interpretes uno ore illas ad amorem discipulorum reliquorum cum Petri affectu comparandum trahere; sed, quod doctiorum pace dixerim, illorum interpretatio si admittitur, ratione sufficienti destituitur. Cur enim majorem Christus amorem in se postulat a Petro, quam a reliquis? deinde, cum Romani Petrum somniant Pontificem, unde Petrus, qui paulo ante magistrum omnium pessime oderat, eundem se omnium optime jam amare novit? Restat igitur, τὸ τῶτων non discipulos respicere, sed Petri instrumenta piscatoria, τὰ πλοιάρια, τὰ δίκτυα κτλ. Haec an Petrus, qui Matth. IV. 9. hominum piscator factus, neglecto docendi munere, ad τὰ πλοιάρια, τὰ δίκτυα, κτλ. redierat; haec inquam, an Petrus majori amplecteretur amore, quam docendi munus? Magister intetrogavit. Grammaticam Theocritus Idyllius XXXVI, 59. his tuetur verbis:

Ἄλλην ἀμπεχόνην τῆς σῆς τοι μείζονα δώσω.

Aliud indumentum Tuo tibi majus dabo.

(3) B. Er.

(2) B. Era. Schmidius si haec observasset, vocem ἀγαπᾶν & Φιλεῖν a se haud differre, non scripsisset. Graeci quatuor praesertim verbis, nimirum τῷ ἐρᾶν, τῷ σέργειν, τῷ φιλεῖν καὶ τῷ ἀγαπᾶν, varium amoris affectum a semet discernunt. ἐρᾶν plerumque ac proprie illum notat amoris affectum, in quem sensu externo ferimur; σέργειν amorem sive parentum in liberos, sive liberorum in parentes designat: ac, quemadmodum illa amoris species a certo pendent objecto, sic quoque Φιλεῖν in extremo amoris affectu seu zelo versatur; ἀγαπᾶν vero non illas modo omnes amoris species potest recipere, sed quoque, ut ita dicam, magis & minus, attamen ab intellectu terminatum admittit. Illa vocabula cum scopum nostrum non spectent, hic omittimus: haec autem quantum a semet abeant, tum *Christus* ipse docet, tum alii auctores. *Christus* quidem hominum exiguam sui amoris facultatem intelligens, voto tamen Petri pro facto accepto, tres sui amoris gradus ipse declarat. *Primum* appellat ἀγαπᾶν πλεῖον τῶν, quo *Christi* disciplina rebus humanis praefertur: v. 15. *Secundum* vocat ἀγαπᾶν simpliciter, quo non modo *Christum* aliis praefertimus sed etiam ejus amori soli studemus. v. 16. *Tertium* nuncupat Φιλεῖν, quo quem diligimus jam amoris affectu, zelo & consuetudine abrepti, ita v. 17. ut mortem, ut omnes vitae calamitates ejus gratia contemnamus, Cantic. Cant. VIII, 6. 7. Rationem quoque cur triplex amoris Petrini examen instituerit *Christus*? vel nomen Σίμων ἰωνᾶ prodit. Quod enim neque *Petrum* neque *bar Jonae*, ut consuevit Joh. I. 42. sed prisco nomine *Simonem*, & patris nomine *Jonam* studio vocat, vel tanquam alterum patrem rebus tantum suis piscatoriis inhaerentem; vel tanquam alterum *Jonam* a sacro docendi munere se subtrahentem *Christus* ad officium redigere, ac vero sui amore voluit imbuere, qui non modo rem familiarem ceterasque mundi delicias contemneret, sed mortem etiam pro nihilo putaret, imo persequeretur potius quam devitaret. Denique B. Schmidius non modo τῷ ἀγαπᾶν omnia N. foed. exempla ad I. c. cumulavit, Johannesque c. XI. v. 3. & 5. utriusque discrimen vocabuli luculenter ostendit; sed ratio quoque, cur Theocri-

tus

tus in Idylliis saepius τὸ Φιλῆιν meminerit, quam τὴ ἀγαπᾶνι confirmat. Idyll. enim XVII. v. 108. amorem summum, cui tamen intellectus adhuc imperat, vocat ἀγάπην, canens:

- - - Τί γάρ χερῶν ἀγαπατὸν
ἀνθρώποις ἀπᾶνευθεν;

- - - *quid enim sine optimis gratiis amabile
hominibus?*

Contra vero amoris affectum intensissimum aliis in exemplis creberrimis appellat Φιλῆιν. E. g. Idyll. III. 3.

τίτυρ' ἐμὴν τὸ καλὸν πεφιλαμένη, βόσκει τὰς αἰγας.
Tityre mihi omnium dilectissime, pasce capellas!

Idyll. XVII. 39. 40. Ptolemaei Philadelphi amorem erga uxorem castissimum pariter ac intensissimum ita describit:

ἔπω τινὰ Φαντὶ ἀδῆν τόσον ἀνδρὶ γυναικᾶν,
ὅσον περ Πτολεμαῖος ἔην ἐφίλασεν ἀκοίτην.
ἢ μὴν ἀντεφιλεῖτο πολὺ πλεον.

*Nunquam quandam dicunt tantum placere viro mulierem,
quantum Ptolomaeus suam dilexit uxorem,
quinimo vicissim deligebatur multo magis,*

Unde quoque Idyll. XXXV. 4. Theocritus ait:

ἔχ' ὅλας Φιλέειν μ' ἐθέληθ' ἀπὸ καρδίας,
γνώσκω.

*Non toto diligere me voluisti corde,
novi.*

(1) Mandatum ter Petro datum multis quidem interpretibus crucem fixit, aliis ejusdem causam in Pontificio Romano, aliis in Petro Magistrum ter abjurante quaerentibus. Sed, qualis fuit cujusvis ingenii imaginatio, talis evasit interpretatio. *Marc. Antonius Capellus* in dissertatione de Appellationibus Eccl. Afr. ad Rom. sedem c. IV. §. 10. triplicem

triplicem inde Pontifici Romano potestatem; nimirum 1) Episcopi, 2) Patriarchae, 3) totius Ecclesiae Pastoris sive summi pontificis datam somniat. *Bernhardus* tres poenitentiae suae partes 1) mentis contritionem, 2) oris confessionem 3) operis satisfactionem inde fingit. *Lysa* a Petro ob Christum ter abjuratum 1) verbum, 2) exemplum, 3) corporis exercitium postulat. *Nostrates* eandem ob causam 1) doctrinam sanam 2) sacramenta integra, 3) exemplum bonum a Petro ejusque discipulis exigunt. Conf. *Celeb. PEAFFII Tab. P. III. Hist. Theol. lit. p. 133*. *Lightfoot* in *horis* triplex discipulorum genus, quod vel gentiles, vel Judaei, vel Israelitae ex tribubus Babyloniae residui constituent; licet rem propius videatur spectasse, tamen nimis ingenio indulgens, finxit. Hi omnes si triplex amoris Petriini genus, mandati istius agnoscerent causam, intelligerent sane Petro ne licuisse quidem Romae pontificem agere; eumque non gentibus, sed Judaeis dari Apostolum. Nam, de quibus Christus loquebatur, non futurae modo, sed jam praesentes Jesu Christi erant oves, atque sic ex caula, quam Joh. X. 3. & 16. a gentibus discretam praedicaverat. Hos discipulos e Judaeis sive jam collectos sive post colligendos in tres distribuit classes. *Αρνία* omnium agnorum sunt tenerrimi, qui cibi nondum capaces, vix evuttuntur lacte; ita ut, cum *Theocritus* Idyll. XVIII. 41. 42. de agnis canat:

- - - - - ὡς γαλαθῆναι
 ἄρνες γειναμένης ὄϊος μασὸν ποθεῖσαι,
 - - - - - ut lacteae
agnae gignentis ovis mammam desiderantes;

Id multo magis de agnellis dici queat. Hi ergo eorum referant imaginem, qui nuper aqua & spiritu nati Christianam lucem aspexere. *Προβαίων* nomine reliqua adultarum ovium genera, quae Christianorum jam fide firmiorum gerunt imaginem, veniunt. Tertium discipulorum genus similiter atque praecedens plerique codices vocant *προβατα*; pro quo tamen *Alexandrinus* codex, ac is, unde Syri suam hausere interpretationem, longe rectius legunt *τὰ προβατῖα μὲν*
 d Quem

Quemadmodum enim Syrorum *Νῆρι* a *simplicitate* trahit nomen; sic τὸ *προβάτιον* plerumque graecis stultum notat animum: quippe *Aristophanes* in *Plut.* act. VIII. scen. III. v. 72. dicit:

- - - ἀλλὰ *προβατίξ βίον λέγεις;*
- - - *sed oviculae vitam dicis?*

quem *προβατίξ βίον* Scholiasta adpellat *μωρὸν καὶ ἀνήγρον, stultam & desipientem vitam.* Hoc igitur vocabulo commode censeo eos appellari, qui, teste Paulo, *Hebr. VI. 4. 5.* olim *JESU* nostri oves facti, nescio quibus scrupulis offensi, ad pristinos errores relabuntur, *Gal. III. 1.* Haec *προβάτια* & illa *ἀρνία* jubet *JESUS* Petrum *βόσκειν, pascere;* *ἴστα* vero *πρόβατα ποιμαίνειν,* in pascuis gubernare. Voce namque *ποιμαίνειν* graeci non oves tantum cibis nutrix volunt, sed in pascua duci, in pascuis contineri, a lupo & fure defendi, a gramine nocivo arceri, ac denique lacte frui. Quem in modum *Cyclops* ille apud *Theocritum* *Idyll. XI. 64. & 65.* τὸ *ποιμαίνειν* *Galatae* suae commendat, canens:

ποιμαίνειν δ' ἐθέλοις σὺν ἐμῖν ἅμα καὶ γάλ' ἀμέλγειν,
καὶ τυρὸν πᾶσαι, τάρισον δριμύτην ἐνείκα.

Pascere vero velis tecum, simul & lac mulgere,
& caseum premere, coagulum acutum immittens.

Ac *Theocritus* *Idyll. XX. 64.* de somniis eundem in sensum scribit:

- - - ἀτρεκέων ποιμαίνεται εἶδος οἰείρων.
- - - *Veris pascitur gens somniis.*

Igitur *Christus* *Petro* sane & prudenter amanti gregem suarum ovium adularum, commendat dictum in modum pascendum. Ast vox *βόσκειν* longe alium exhibet sensum. *Theocritus*, qui harum vocum optimus est arbiter, licet τὸ *βόσκειν* pariter & bubulcis tribuat, & opilionibus: nihilo secius tantum de *nutriendis* & *saginandis* intelligit. Hinc non modo *Idyll. VIII. 35.* τὸ *βόσκειν* ἐκ *ψυχᾶς τὰς ἀμνάδας*, v. 34. τὸ *πιαίνειν* & v. 42. τῷ τὰ *νέα* τρέφεται explanat; sed etiam, cum *Idyll. V. 82. 83.* cecinit:

καὶ

καὶ γὰρ ἐμὶ ὡ πολλῶν Φιλεῖ μέγα. καὶ καλὸν αὐτῷ
κρίον ἐγὼ βόσσω,

*Et enim me Apollo valde diligit; ac pulcrum ipse
haedum ego pasco;*

Idyll. XI, 39. subjicit eodem sensu:

- - - - - τρέφω δὲ τοὶ ἕνδεκα νεβρώς. κηλ.

- - - - - nutrio autem tibi undecim hinnulos &c.

Et Idyll. XIII, 25.


- - - - - πελειάδες ἰσχυαῖαι δὲ

ἄρνα νέον βόσκοντι.

- - - - - *Ultimae autem Pleiades*

agnum novum pascunt.

Qua propter Codex noster *ms.* ad Theocriti Idyll. V. 102. verba, τὰτὶ
βοσκητέϊαδε ποτ' ἀντολαῖς probe dicit: δηλονότι ἀπορρήματικῶς ἀντὶ
ἐνταῦθα βοσκητέϊαδε πρὸς ἀνατολαῖς τετραμμένοι; Ut *Virgilium*
Theocriti interpretem omittam. Atque sic βόσκειν per se quidem fa-
cilius est quam τὸ ποιμαίνειν: nam agnelli tantum homines simplices,
minime mali aut spinosi, primis Christianae doctrinae elementis im-
buendi sunt, non ingentem eruditionis & prudentiae apparatus, sed
notitiam tantum & amorem Jesu simplicem postulantes. Ceterum
quoque τὸ βόσκειν difficilius est, quam τὸ ποιμαίνειν: Nam προβά-
τια, homines decepti, fide ac confessione leves, iisdem doctrinae ele-
mentis confirmandi, non ἀγαπᾶν modo amorem a doctore in se sin-
cerum exigunt, sed & Φιλεῖν, ardorem, Zelo a transitione ad
hostes terrendi, ac saepe vel mortis periculo e lupi
faucibus liberandi.



HAMBURGI,
Literis RVDOLPHII BENEKII.

Errata.

Haec, cum operis auctor tymporum magistrum praefens moderari ne-
 quiverit, menda L. B. corrigat, rogatur. Praefationis pag. 5. lin.
 21. lege prudentissimi. p. 4. lin. 6. lege καθάρων. pag. 6. lin. 17. lege
 βέβαιον. pag. 7. lin. 6. lege γωρίσ. lin. 10. γογγυσμων. lin. 24. lege
 pro deo, eo creatore pag. 8. lin. 2. lege αιδιμος. & εγεντο lin. 3. lege
 εδὲ ποκ' ης. p. 8. lin. 18. pro quod lege quoad lin. 24. lege com-
 mutare. lin. 25. lege 18. pag. 9. lin. 10. lege ΝΥΥ lin. 11. lege imi-
 tatur, item pro Ν.ΙΥΥ lege Ν.ΙΥΥ lin. 15. εφε lin. 19. fecerunt lin.
 27. ferretur. pag. 10. lin. 2. pro ε lege θ lin. 24. lege quodcumque
 pag. 11. lin. 2. lege τῶ lin. 8. lege εδ' ὡ' ε' Αίνας it. Θύρσιδος. lin.
 10. pro πὸ lege ἀπὸ. lin. 21. lege ὦ' πέλοι. lin. 22. bubulci. lin. 24.
 οἱ μὲν & οἱ δὲ lin. 26. Βεκόλος p. 12. lin. 7. Φαίνονται lin. 12. προ-
 βάτων pag. 13. lin. 3. κριὲ δία lin. 14. Thirsidis. lin. 16. εφίμερος.
 lin. 28. τῆ Φωίῃ it. τῶ σίττα χρῆται lin. 30. & 31. pro ut dicam le-
 ge debebat dicere, pag. 14. lin. 5. Comatas enim lin. 6. Laconem lin.
 17. his quoque pag. 15. lin. 22. τοῖ pag. 16. lin. 5. ομοτιμεν
 16. Corydonem & Thyrside lin. 25. τῶ 27. εἰκά. 28. εἰδέκ'
 p. 17. lin. 21. & 22. tolle puncta. lin. 24. lege. externa lin.
 27. δέ. pag. 18. lin. 5. νάρκισσος lin. 6. γένοντο it. εἰκαυ lin.
 8. Pyra lin. 14. εἰκαυ lin. 28. lege ΥΥ lin. 29. lege utramque pag.
 19. lin. 21. dele eodem pertinent. lin. 26. pro XX. lege XV. lin. 27.
 ἐσηκάντι pag. 20. lin. 9. pro Conf. lege Cap. lin. 17. ἐγὼ, lin. 20 pro
 ε. lege υ lin. 26. lege noverat, p. 21. lin. 3. τὰ lin. 6. λῶσος lin. 9.
 σκοτίαν 10. εσαν lin. 15. puerum lin. 21. supple nihil aliud voluisse
 lin. 26. Θυρῶν pag. 22. lin. 3. ἐγὼ lin. 11. periodo & 12. τῶτων lin.
 24. τὰ lin. 26. interrogavit it. Idyllii pag. 23. lin. 7. illae lin. 23. pro
 quod lege quem pag. 24. lin. 1. ἀγαπᾶν lin. 26. pro pontificio lege
 pontifice.

Lit. Graev. A. 5/2

